

19
DELICIARUM
EPISTOLICARVM
FESTIVALIUM

Exercitatio undevicesima

PRÆSIDE

CHRISTIANO GUEINZIO

Rectore Gymnasii

Hallensis

Respondente

CHRISTIANO JUNGENSELSIO

Reichenbergâ-Bohemo


In

FESTO MATTHÆI

13. 13. C. XLIV.

HALLIS SAXONUM

*Typis Heredum Melchioris Oel-
schlegelij.*





EPISTOLÆ

in

FESTO MATTHÆI
ex Epistolâ Paulinâ ad Ephesios
Cap. 4. v. 7. & seq. prælegi
solitæ

ANALYSIS.

THESIS. I.



*Verba Spiritus
Sancti apud Psaltem
Psalm. 29. 4. sunt: vox
Domini in virtute, vox
Domini in magni-
ficentiâ: Ostenditur
his verbi divini effica-
cacia, & potētia. quip-
pe, quod loquitur Paulus Rom. 1, 16. est illa
ipsa potentia, quæ credenti omnia facit ad sa-
lutem.*

A 2

lucem.

lutem. Ostenditur insimul eius magnificencia, quod multa, & mirabilia faciat. Annon mirabile ex nihilo condere omnia? Sed verbo Domini factum est: Annon mirabile, ex piscatoribus factos fuisse doctores? Et quidem ex piscatoribus simplicissimis, factos esse doctores acutissimos? At ubi audiverunt vocem Domini, secuti sunt piscatores, & publicani, & facti sunt interpretes Dei primarii. Nempe evenit quod Esaias habet cap. 55. Pro salivncâ ascendit abies, & pro urtica crevit myrtus, id est, uti Cyrillus interpretatur, pro peccatoribus surrexerunt Apostoli, pro Ecclesia persecutore Paulus, pro Idololatriis Doctores, pro publicano Mattheus. Magnifica DEI opera, virtus omnipotens, & major, quia infinitis quoq; donis, uti solet, exornavit, & coronavit sua dona.

2. Id quod habetur etiam in presentî Epistolâ, in quâ partim est commendatio beneficiorum DEI immensorum, tum propter variorum donorum largitionem v. 7: in quo habetur ipse effectus, qui declaratur secundum objectum, quod unicuique data sit: Ita ut nemo conqueri possit; ac si vel neglectus vel despectus fuerit: vocavit enim Deus omnes Matth. 28. 19. ut non sit angulus sub sole

sole, ubi non annunciatum sit Evangelium,
Colos. 1. v. 23.

3. De inde juxta donorum principium.
Quod sit gratia datum. Per quam intelligit
diversa dona, qua unicuique à DEO conferuntur,
non propter merita, sed ex gratia, qua sola
prestat omnia, sive respicias dona creatio-
nis, sive justificationis, sive denique, vocationis.
In omnibus gratia data est ex gratia, omnia ab-
uno principio ad unum.

4. Tum modus secundum mensuram
donationis Christi; id est secundum arbitri-
um, & voluntatem. Novit enim optimè quid
unicuique conveniat, & conducat. Dispensat
omnia, distribuit etiam omnia, & gubernat
omnia; eaque omnia ex donatione; unde non est
donorum divinarum eternitas, sed diversitas,
& multiplicitas. Quo sint concordiores, &
modestiores; quia omnes acceperunt 1. Cor. 4.
v. 7. & quidem prout unicuique divisit mensu-
ram Rom. 12, 3. Non est igitur, ut quis inso-
lescat; quia omne à Deo habet omnis.

5. Et per Scripturæ probationem secun-
dum ejusdem allegationem v. 8. In quo in
genere, quod dicat: hoc enim est Scripturæ
proprium; quia est verbum Domini, simulque

cōcludit, ex gratia dari gratiam: unde conclusivam particulam quapropter adhibet. Verbaq; sunt desumpta ex Psalm. 68. v. 9. ut testetur, vetera ex novis, & nova ex veteribus esse contestata, uti loquitur Athanasius. Eadem predixit & David, quod Paulus hic allegat. Et est allegatio maxime apposita: Nam uti David gratulatur Filio Dei de adventu ad Ecclesiam, & eum propter beneficia commendat; ita & Paulus maiestatem Christi in caelos ascendentis sic predicat, ut amplissima beneficia promittat.

6. In specie quoad antecedens, tum, uti habetur Actot. 1. v. 9. quod ascenderit in sublime, ut factum non tantum ostenderet; verum etiam terminum, quod in sublime: nō quidē quod loc9 inibi, uti Bellarminus voluit lib. 3. de incarn. cap. 12. & Sadeel. lib. de veri. human. pag. 225. Sed Maiestas, quia 1. Supra omnes caelos; quia 2. interibunt caeli Luc. 21, 33. At non Christi sedes; quia 3. passer non est in loco, ad quem tamen pervenit: Aug. lib. de pra: Domini in morte, ut potētiam, & maiestatem describeret; quam ascensio pertineat ad statum Maiestatis.

7. Tum quod captivam duxerit captivitatem, quo denotatur triumphus ipsius, & captive-

pravorum multitudo. Et quod devastarit re-
gnum Diaboli, quo detinebatur captivum
genus humanum, uti uberius declaratur ad
Coloss. 2. 15. Et est Metaphorà à tri-
umpho sumpta, dum distinguitur ascensio, qua
est quasi antecedens, ab ipsa triumphatione,
seu ovatione. Et per captivam captivitatem
per metalepsin intelligit hostes omnes spiritalia-
les, Diabolum, mortem, infernum, quos vicit,
dum mortem morte devicit, diabolum supera-
vit, infernum spoliavit, & vitam, & salutem
recuperavit. Signum enim fuit devictorum
hostium ascensio, sicut victores spoliis superbi
secum ducunt captivos. Non quasi post ascen-
sionem factam captivatio, sed captivorum o-
stentatio, & ductio,

8. Quoad consequens, quòd dederit
dona hominibus, ut sit fructus ascensionis, ni-
mirum Ecclesia sua idoneos doctores, tanquam
vicarios suos, quum viva voce non amplius
doceat ipse per se. Et quamvis in verbis Psal-
mi 68. unde ista verba desumpta v. 19. habea-
tur, quòd acceperit dona in hominibus: sub
intelligitur tamen, quòd acceperit dona, & pe-
suerit in hominibus per Ellipsin, quemadmo-
dum est Exod. 25. v. 2. & 27. v. 20. ubi acci-
pere idem quòd dare. Ita ut magna sit virtus

ascensionis Christi, nempe largissima donorum
communicatio; sicut & effusio Spiritus sancti
post ascensionem facta illud abundè demon-
strat. Non itaq; subtiliter, uti Calvinus
ait, deflectuntur verba; sed rectè explicantur,
& applicantur, uti habet Junius in Parall. l. 2.
parall. 56.

11. Et per explicationem quoad subje-
ctum secundùm Christi descriptionem v. 9.
in quo habet antecedens, quod per Anti-
thesin amplificat, partim respectu ascen-
sionis, quod ille ascenderit. Ne quis 1. de
alio intelligat, quàm de eo, qui ipse ascendit
virtute propria. Et ne 2. ex terra tantùm
prodiisse putaretur.

21. Partim respectu descensionis &
quòd descenderit: sunt enim hæc cor-
relata in uno eodemq; subiecto, ut ostendatur
discrimen inter alios ascendentes: quia 1. vir-
tute propria, ut Enoch & Elias sublati Gen.
5. 24. Sir. 48, 9. 2. descendit prius, quod alii
non fecerunt. 3. supra omnes cœlos ad dex-
teram patris, ceteri non. 4. implevit omnia,
sancti non itidem. 5. dat doctores, sed non illis.

13. Et consequens respectu termini, in
inferiores partes terræ, per quas non intelli-
gitur propriè incarnatio, secundùm Strigeli-

um

um ex Psalmo 139; quia ha partes secundum
Chrysoftomum inferiores intelliguntur, post
quas non sunt alia: At humiliatione incar-
nationis, mors & crucifixio, nedum sepultura
est inferior, quemadmodum Ambrosius, Hie-
ronymus & Theophylactus interpretantur:
Sed descensus ad inferos gloriosus; quia uti ne-
mo ad caeli supremi summitates penetrare po-
test, nisi induerit incorruptibilitatem; ita etiam
nemo ad infimas terra partes penetrare potest,
nisi induerit eandem incorruptibilitatem. In-
telligitur itaque descensus ad inferos; cum lo-
quatur de Christo non incarnando, sed incar-
nato.

12. Dicitur autem, quod sint inferiores
partes terrae, non Geometricè intelligendo,
sed mysticè, non respectu situs, sed respectu in-
ferioritatis, dum nihil in mundo remotius,
abjectius, quam ipse infernus; uti & Nyssenus
in disputatione de resurrectione, & animam
explicat. Non in terra ipsa, uti Calvin. lib.
2. instit. c. 16 & 9. Junius lib. 2. Bellar. lib.
4. de Christo c. 9. & lib. de purgat. cap. 6. uti
& Augustinus lib. 20. de civit. Dei c. 16.
explicat, & l. 22. Retract. c. 24. Ut ita descensus
Christi sit articulus fidei, habens fundamen-
tum in Scriptura, & pertinens ad statum ex-

*ationis. Estq̄ realis non metaphoricus, ut
Calvin. voluit lib. 2. instit. c. 16. § 10. Bu-
can. in Instit. Loc. 25. q. 11.*

13. Et quoad prædicatum respectu finis
tum propter omnium impletionem v. 10.
in quo repetitio Anritheseos quoad antece-
dens, qui descendit ipse est qui ascendit.
Ne quis de diversis statibus intelligat, sed
actibus, quod ille qui descenderit gloriose, etiam
is sit qui ascenderit majestaticè.

14. Et quoad consequens respectu termi-
ni, super omnes cœlos: hoc est super omnes
creaturas, in quas potestatem accepit Matth.
20, 28. ut sic majestas intelligatur, non locus,
uti Piscator voluit; quia extra cœlum locus
nullus est, sive Aristotelicè quis definiat, sive
etiam, quamvis malè, secundum Scaligerum
per spatium, dum non continetur corpus in-
ibi, sed continet.

15. Respectu effecti, ut impleret omnia:
per quod non corporalis Physica impletio, ut
imputatur Lutheranis intelligitur: Sed, quæ-
admodum Paulus ad Eph. 1, 22. interpretatur,
Majestas carnis Christi denotatur, & perso-
nalis præsentia manifestatur in omnibus lo-
cis hyperphysicè; secundum modum dexteræ
Dei præsentissimè gubernatis omnia, quia. i. ita

texo

textus postulat, dum locorum facit mentionem, 2, quia implere nihil aliud quam operari presenter ex Jerem. 23, 23. quia 3. antecedentia, & consequentia hoc volunt, sicut enim corpore suo ascendit in celum; sic & implevit omnia suo corpore, non quidem ratione omnipotentia, sed secundum eam naturam, secundum quam ascendit, id est secundum carnem, ita & Theophylactus, & Oecumenius, qui ait μετὰ σαρκός implevit omnia. Non autem intelligitur scriptura adimpletio, quia tunc semper scriptura fit mentio Matth. 1, 22. 2, 17, & quia non impleta omnia, ut que de reditu ad iudicium.

16. Tum quod dederit ministros varios per largissimam communicationem v. II. in quo in genere effectus, quod dederit. Atque ita fructus exaltationis in exemplo evidentissimo ostenditur, qui tanquam rex inauguratus regno suo implet omnia secundum promissionem Psalmi allegati.

17. In specie munus, seu officia, Et per vocationem immediatam extraordinaria certi temporis. Quæ vel primaria quod dederit alios, tum Apostolos: quorum officium inter omnes gentes predicare Evangelium Luc. 24, 47, & Ecclesiam plan-

tare, ut qui missi in universū mundū Mar. 16.
51. Matt. 28, 25. habueruntq; potestatē facien-
di miracula ad Evangelii confirmationem
Marc. 16., 7. nec errare potuerūt post factā
Spiritus Sancti effusionem in predicatione, &
doctrinā, licet in consolatione, & vita. Di-
cuntur illi duodecim concionum & miracu-
lorum Christi testes infallibiles Luc. 13. 6 prin-
cipaliter, quibus postea accessit Paulus 1.
Cor. 15, 9. Nō quidem illos eligendo, quod fecit
ante passionem, Matth. 10, 6. non ablegando
quod ante ascensionem Matt. 28, 25, Sed do-
cendo per Spiritum Sanctum omnia, & implē-
do eodem eosdem Act. 1, 24. Barnabas qui-
busdam etiam videtur accensendus quia Act.
14, 14. equē apostolus vocatur sed rectius in-
ter Evangelistas refertur, nisi quis nomen A-
postoli generalius usurpet, uti Andronicus &
Junias ita dicuntur Rom. 16, 7. Epaphroditus
Philippensium Apostolus Phil. 2, 25. Sic &
Titus 2. Cor. 8, 23. Nō verò apliq; viget, uti qui-
dā Saravia in l. diversis minister gradibus
voluit. 16. quia non in universo orbe terrarū
immediata vocatione predicarunt, nec privile-
gio infallibilitatis gaudent, nec donum mira-
culorum habent, nec Christum in carne vident
Matt. 20, 20. Distinguendum enim inter per-
sonalia, & officialia. 18. Tum

18. Tum Prophetas, qui partim Veteris Testamenti propriè de rebus futuris ex revelatione Spiritus Sancti, partim Novi Testamenti, qui insigni sapientia pollebant, uti Agabus Actor. 11, 28. 21, 11. Philippus Actor. 8, 5. cuius filia Prophetria Act. 21, 9. multiq; in Antiochena Ecclesia Act. 13, 3. Et improprie, sunt interpretes qui ad instaurationem doctrinae singulari dono instructi sunt, uti & in 1. Cor. 12, v. 28. distinguuntur. Nam & vox Prophetæ generaliter sumitur pro omnib; verbi præconio bus Matth. 17, 15. Matth. 10, 41. Specialiter pro Christo Dent. 18, 15. Matth. 21, 11. & Luc. 7, 16. Deinde pro Johanne Luc. 1, 76, & pro Prophetis Veteris Testamenti Matth. 11, 12. peculiariter pro ordine ministerii. Sic & Prophetria Hanna Luc. 2, 36. Et qui interpretatur Act. 13, 1. 1. Cor. 14, 24.

19. Praferuntur autem Apostoli Prophetis, quia Apostoli sunt totius orbis universales doctores, fundamentum Ecclesie respectu doctrinae Eph. 2, v. 20. Apoc. 21, 14. Prophetæ verò ad certum populum missi. Secundo illi in carne Christum viderunt, cuius etiam testes fuerunt Act. 1, 3. Hi per typos dumtaxat, illi de presenti, hi de futuro concionati sunt, uti & ipse Christus Apostolos illis prætulit Luc. 10, 24. & Paulus doctrinam suam prophetice proposuit

fuit ad Eph. 3, 5. Augustinus Apostolos supra
ceteras turbas, nec non supra antiquorum do-
ctorum & Prophetarum numerum eminere
dixit serm. 46 de tempore quia & Prophetias
habebant inquit Theophylactus, sed non
Propheta Apostolatum.

20. Et Secundaria, quod dedit alios
Evangelistas, qui fuerunt ministri Apосто-
lorum, & eorum comites, quos Apostoli
discedentes in institutis Ecclesiis relinquebant.
Qualis fuit Timotheus quem Paulus ita ad-
hortatur: Opus perge Evangelista 2. Tim. 4.
5, ita Philippus in actis Act. 21, 8. & apud
Hebraeos est mebaser prospera nunciās 2. Sam. 18.
Evangelista vero vox. 1. sumitur generaliter pro
quovis doctore, quia ad omnes pertinet Evan-
gelizare Es. 41, 27. 2. Tim. 4, 5. 2. specialiter
pro certo ordine qui comites fuerunt & ita etiam
Timotheus Act. 16, 3. Act. 19, 22. Titus 2. Cor. 8,
23. Barnabas Act. 11, 22. Tychicus Act. 20,
4. Sylvanus 2. Cor. 1, 19. Judas Barsabas
& Silas Act. 15, 22, 16, 19.

21. Ordinaria per mediatam vocationē
vel perpetua, ut sunt tū pastores, qui guber-
natores Ecclesiarum in certis locis docentes,
qui & alias presbyteri dicuntur, & Episcopi,
Tit. 1, 5, 1. ad Tim. 3, 2. quibus non licebat
docere in aliis locis, aut ritus constituere ut Ap-
ostolis.

22. Tum doctores, qui vel scriptis, vel
voce publicè fundamenta doctrine Christianæ
tradunt in Scholis, uti Balduinus habet. Nam
distinctos esse pastores patet, 1. quia distincta
nomina. Alias enim in tanta breuitate
Apostolus non diversa nomina tribuisset.
2. quia διδασκαλία à παρακλήσει Rom.
12. v. 7. distinguitur, 3. Res ipsa docere
præter ordinarios pastores in Scholis esse
doctores, quibus non est specialis Ecclesiæ cura
commissa, sed ut doceant omnes; quia necessariū
in scholis pueros informari eos, qui docere de-
bent post alios. Quod autem conjugantur
causa ea est, quia mediatè vocantur utriq; Ger,
hardo de ministerio, v. 229. Quamvis inter-
dum posset quis & pastor & doctor esse 1. Cor.
12. 28. Distincti ergo sunt officiorum Eccle-
siasticorum gradus, sed non titulares: Nam
qui non instituit, iste nec Apostolus, nec Pro-
pheta, nec Evangelista, nec Pastor, nec Doctor,
ait Hieronym. ad Titum, 1. Augustin. Epist.
59. & Gregori, hom. 19. super Esaiam

23 Et respectu effectus ad sanctorum
instaurationem v. 12. In quo vel summam
generaliter Scopus ad consummationem
sanctorum, non ad privatam, sed publicam
utilitatem, ut reprimat fastum illorum, quod
recusant docere. Et modus per opus mini-
sterio

sterii. Gracum eis pro Ag. usurpatur per Hebraismum: ostendit enim illam consummationem fieri per ministros in precedenti versu enumeratos. Unde colligitur omnium officiorum necessitas, & uniuscujusq; utilitas, ut deficiente vel uno luxetur coagmentatio. Sumpta Metaphora est ab edificio, in quo ligna lapidesq; ita aptè inter se conjunguntur, ne facile aliquid fissura admittant vel hient; ita ergo dantur distincti gradus officiorum: quorum tamen finis est, ut consummetur omnis sanctus.

24. Specialiter ad ædificationem corporis Christi, id est Ecclesie, qua est mysticum Christi corpus tanquam fidelium societas; Consummatio igitur & coagmentatio fit per officia docentium, sine quibus Ecclesia in terris nulla esse potest.

25. Et ad perfectam DEI agnitionem v. 13. In quo iterum terminus ratione medii, donec evadamus omnes in unitatem filii. Nam quamvis verbum gracum καὶ ἄνθρωπον, interdum idem significet quod occurrere Phil. 3, 2. tamen etiam idem quod pervenire Act. 16, 1. & 18, 9. & per Metaphoram idem quod evadere, uti etiam in Apocalyp. ita & hoc in loco: quia una est Eph. 4, 5.
26. Et

26. Et respectu objecti, nempe agnitionis filii DEI: fides enim nulla alia esse debet, quam que directa in Christum qua sola omnes pii tum Veteris tum Novi Testamenti salvati sunt & salvabuntur Act 4, 12.

27. Est scopus in vitam perfectum, qualis Christus. Quo perfecti erimus, si divinam fidei cognitionem & vitam sanctimoniam consecuti fuerimus quemadmodum & Paulus 1. Cor 3 11. idem inculcat. Unde superanda sunt omnes in discendo molestiae, usque dum perficiamur, licet hoc demum futurum sit omnimode & consummative in altera vita, ubi omnis imperfectio cessabit, in hac vero vita inchoative secundum Chrysostrum, Theophylactum & Oecumenium Aug. lib. 22. de C. & c, 18.

28. Partim est adhortatio per inscitiam & malitiam evitacionem v. 14. in quo modum ostendit, qualem perfectionem requirat per remotionem respectu ignoracionis, ne simus amplius pueri, sumpta metaphora ab infantibus, qui rudes sunt; ne simus igitur tales amplius hortatur. Interim non perfectionem omnimodam hic requirit, sed adultam, qualis cadit in hanc vitam.

29. Et respectu dubitationis, ne au-

B

Aug.

Et uemus. *Sumpta metaphora à navicula, qua & fluctuat, id est à navis impellitur; & & ne circumferamur quovis vento doctrina. Comparatur autem propterea vento incerto doctrina talis, quia turbat, & derepente oritur. Ubi scilicet non anchora firmata est, aut satis onusta navis.*

30 Et ortum seu causam, quod videlicet fiat per versutiam falsorum doctorum, quæ partim dicitur aleatoria nequitia: ubi singulari arte evibrantur tali, ut feriant numerum aleatori gratum in fraudem colusoris. Sic etiam deceptores isti partim utuntur scriptura per sophisticationem, modo hoc, modo alio sensu, tantum ad fallendos simplices.

31. Partim dicitur veteratoria versutia: per quam vafra consilia intelligit, quibus doctrina pravum sensum affert, nihil tale animadvertenti, per artificiosam simulationem in vita probitatis. Et hæc sunt infallibiles note Pseudodoctorum. Omnis igitur inscitia & malitia in rebus divinis est fugienda.



NOTE.

I.

DATA est gratia) Considera dono-

no-

honorum divinorum non esse a-
qualitatem, ut discas tuâ sorte
contentum esse, nec equalia affe-
ctare.

II.

Alios dedit) considera distin-
ctae esse in Ecclesiâ Christi officia,
ut discas omnes esse necessarios ad
Ecclesiae edificationem aequè do-
ctores ac Pastores.

III.

Ne simus pueri) considera pro-
ficiendum esse, non negligendum,
ut discas quotidie aliquid, donec
evadas perfectus.

Quid Publicanus?

V Bique in Scripturu sacrâ pessimum
hominum genus habetur Matth.
18. v. 21. conjungitur cum peccatoribus:
non quia officium eorum tale in culpa

B 2

per

per se, cum alias honestissimi & gravissimi viri ex Ciceronis Testimonio pro lege Maniliâ: ubi publicani homines honestissimi & ornatissimi dicuntur, & pro Plancio flos equitum Romanorum, firmamentum Reipublicæ publicanorum ordine continetur. Et in 3. in Verrem actione idē habet, uti & Asconius Pedianus in Oratione Ciceronis pro Milone explicat. Et in lib. 5. Epistol. fam. 20. declarat, apud publicanos pecuniam solere deponi, cum eorum fides esset probatissima, tum in lib. 13. epistol. 10. Quod & Plinius in lib. 33. c. 2. teste Tiraquell. de nobil. c. 32, Et ad Alexand. Genial. lib. 2. c. 29, sed propter abusum, qui introductus postmodum ab hominibus avaris, quod habet Ulpian. in l. quantæ 12. ff. de publ. qui audacia, & temeritatis accusantur, uti exempla sunt in Q. Pomponio Vejentan. & M. Puro posthumo apud Livium lib. 5. belli Punici in princip. qui etiam tanquam usurarii coacti sunt edere libros rationum. in l. dissol. ad fin. C. de Condit. ex leg. Plutarchus in Lucillo tradit.

dit ipsum Lucullum, publicanos, velut
Harpyias, labores mortalium existen-
tes Asia eiecisse, & negat inter cives nu-
merandos esse. Quin Tullius ipse lib.
s. ad Q. Fratrem cupidiorum publica-
num nominat. Hodie verò bene audiunt,
quia officium Reipublice necessario est
inclitum, cum seculum avarissimum ge-
minos sibi laudat. Uti & olim mala
Domini vox ut eadem nolucrit appel-
lari Augustus Caesar, hodie delectamur vi-
vere ex lacrymis pauperum vid Theo-
phyl. in cap. 19, Luca; maxime ut vel
geminant, quia plerosq; pro servis habent.

Quid illud sacrificium nolo?

Cum sacrificia ab ipso DEO instituta,
& mandata uti totus loquitur Pen-
teuchus, non simpliciter dicit nol-
le eadem apud Prophetam, Sed compa-
ratè, se malle misericordiam, hoc est anima
sacrificium, internum potius quam exter-
num. Etsi alterutro cavendum potius
ma vult abesse quod in hostis carnalibus,
quam quod in spirituali, uti constat. ex
Hos. 6, 10. Unde etiã petit u locus, qualisq;
lo-

quendi modus etiam habetur. Sam. 15.
22. & Heb. 8, 10. quia negativum adver-
bium quādoq; pro particula comparativā
ponitur Jch. 6, 27. 1. Cor. 1, 17. Non mi-
sit me Christus ad baptizandum, sed ad
Evangelizandum qui tamen baptizavit.
1. Cor. 1. 14, 16.

Qui sunt κακῶς ἐχοντες.

Ambiguum esse patet ex illo quod ha-
bet Jocus Philemonis apud Stobaeum
Serm. 102. n. 244. ubi quaerit τίς ἐστὶ στός;
ἰατρὸς ὢς κακῶς ἔχει ἀπ' αὐτοῦ ἰατρὸς, ἀν κα-
κῶς μὲν δὲ ἔχει. Quis ille quaso est medi-
cus & quā habet malè? omnis medicus
cum nemo sese habet male: ut partim re-
spiciat statum, partim animum & cor-
pus.

Ad Respondentem.

Petra fides: imò Christus petra, nititur istā
Illa, quod hac fundet, firmet & usq; fidē.
Qui simul unicuiq; dedit Charitētia gratis
Juxta mensuram, Christus ut ipse dedit.
Hinc dicit: superas ascendens victor in oras,
Humano generi plurima dona dedit.

Illud

Illud at ascendit quod descendit ad ima,
Ut post ascensum singula plena forent.
Est ab eo datq; omnis Apostolus, estq; Prophetas,
Est evangelii quadruplus ordo datus.
Hinc sunt Pastores, Doctores inde fideles,
illos templa colūt, monstrat & hosce schola.
Quò sic instauretur opus cœleste beati
Cœtus, quò Christi continuetur opus.
Donec & unanimes fidei simusq; scientes
Perfectè Christum, debet ut omne Sophus,
Ne pueris similes, qui cognitione feruntur
Quavis, quos hominum devius error habet.
Paulus id admonuit, quod JUNGENFELSIUS
una

Explicat, ac pariter publicat omne typis,
Talia si pergit modo JUNGENFELSIUS, esse
Omnis Theosophies & nova petra potest.

optat
GUEINZIUS.

A Nimæ sanctæ Petra prolificum
Colit ævum, verticibusq; poli
Bene natis muneribus, facilem
Fidei Gentem cumulando novat;
Ut ab hinc constant sine fragminibus
Sata membra DEI. Sua sic Ephesus
Veneratur dona, novumq; Petre
Spatium Christi capit: Haut aliter

Tuo,

Tua, JUNGENFELSIADÉ, Genii
Pia dona novis superendopedit
Petra nostra Salus. Quibus ipse venis
Sine labe tenax nova Petra Petra.

CASPAR ALEXANDRI.

Ω Σαύτως χριστός ψέγει ἀμφιδέμοντα ἐν
ἀμμῶ

τῶ πάλιν ἐν πέτρῳ οἰκοδομῆντα κλέει.
ταῦτα σκεπτόμενοι, σωερείδεις κτισμάτα
πέτρῳ

ἐν νέῳ οἰκοδομῆν λαμπρὰ διδασκαλιῶν.
Σπύδου! καὶ πέτρῃ ἔσεαι οἰκῆιο ἐδραῖα
Σε, καὶ ἐπιζήση πάντοτε εὐδόκιμοι.

JOAN-CHRIST. LICHTNERI
Nymizenis.

So recht mein Jungenfels schwing also deine Sinnz
Von allen Irdischen/hinn nur nach Himmels Dingen.
Brich durch Hypollo Krafft die fast gebrochne bahn/
Minerva gib Berstand/ und sey hiet selber dran.
Lass dich abschrecken nicht das dreyfach: hundes bellen
Des starcken Cerberus in Plutons schwarzer Höllen:
Nimb die zusu. b: zu Gott und steige Himmel an/
Und ruffe denn getrost / der allen helfen kan.
Schwing ferner deinen Sinn nechstlandern thun und sachen.
Nuff Geistligkeit hardurch man sich kan ewig machen
Folgt auch Matthäum nach mein Freund mein ander ich/
So wird der Wissen zier und seis man nennen dich.

Wie wünschet

Georg Joachim Raab
âSchloditz Nob. V.

FINIS.

Instandsetzungsschein

ersten und letzten Lagen des Buchblocks
den in siedenden Bädern gereinigt und ge-
tigt. Mürbe und zerissene Teile des Papiers
den ausgebessert.

Bucheinband wurde originalgetreu wieder
gestellt.

ULB Halle

006 386 679





3

Gabriele Grauer

Halle, den 8.10.1970

Th. 4968





19

ELICIARUM
OLICARVM
STIVALIUM
itatio undevicesima
P RÆSIDE
ANO GUEINZIO
Store Gymnasii
Hallenfis
Respondente
ANO JUNGENSELSIO
henbergâ-Bohemo
In
O MATTHÆI
Is. Is. C.XLIV.
LLIS SAXONUM
redum Melchioris Oel-
schlegely.

